



001  
Fsp

Tom 74

1. De  
2. J  
3. L  
4. H  
5. A  
6. G.  
7. D  
8. C  
9. M  
10. H  
11. o  
12. 13  
13. 14  
14. 15  
15. 16  
16. 17



64.

DISPUTATIONEM PRIMAM,  
*De*  
**VIRTUTIS  
STIMULO**  
offert  
*PRAESIDE*  
**M. CHRISTIANO MARTINO**  
*Seelmann/*  
Leutschov. Hungard,  
*RESPONDENS*  
**HENRICUS CHRISTIANUS Kirchstein**  
Magdeb. Saxo.  
*Ad diem 14. Septembr. 1695.*  
\*\*\*\*\*  
*WITTENBERGÆ,*  
Prælo SCHULTZIANO Acad. Typogr.

*Fno W*



DISPUTATIONEM PRIMAM

DS

# AIRYNTIE SCHUMPT

offert

Y. RESIDAE

M. CHRISTIANO MARTINI

Scilicet

Translacione Hungariae

Exponens

HENRICUS CHRISTIANUS RICCIUS

Mediolanensis

Actum 14. Septembris 1602.

Scilicet de laudibus et misericordiis

missarum

Littero SCILICET CHRISTIANO Acagi Thesauri

1602





M. S.

## Præfatio.

**H**ominibus inter cætera mortalitatis incommoda duplex quoque animæ malum adhærere, caliginem scil. mentis & proclivitatem in omne nefas, Aristotelem innuisse novimus L.7. Polit. c. i. Posterius Digitus Dei confirmat ex Gen.6. Arnoldus Geulinx in γενεσις οταυτον aliis verbis idem affirmit, Obl. VII. Sect. 2. §. 10. n. 7. inquiens: Calamitates animi duum generum sunt: consistunt enim in inscitia intellectus & malitia voluntatis; inscitia intellectus inde provenit, quod non incipiamus philosophari a cognitione nostrum; inde enim omnis veri cognitio tanquam a capite ducenda erat: malitia autem voluntatis videtur ex eo provenire, quod sensibus nostris ita distrahamur in varia: hinc enim fit, ut dictamen mentis quasi oblitteretur & inducatur animusque non satis ad illud attendat. Vera sunt, Intellectus rufus est, hoc experimur, cognitionis amor quidem ipsi insit, imperitus tñ. naturâ rerum omnium instar tabulæ, cui nihil inscriptum est, ajente sic Philos. l.3. de anima c. 4. quod in tantum ipsi largimur in quantum Theologis nostris non adversatur. Voluntas a se disidet instar Paralytici, modò huc modò aliorum tendit, & fertur. Duplici huic incommodo duplex medicamen offerunt sapientes. Priori præbent Σοφίαν, alteri φρεγάνην. Plutarch. de Stoic. Repugn. φρεγάνην nobis propriam facimus, qui practice beatitudinem consequis peramus. Ab hac nunquam discedit virtus moralis Philosopho monente 6. Ethic. 10. Impossibile illum, qui non sit bonus, esse prudentem. Hæc via est ad finem. Scalig. exerc. 254. Sed non datur zelus in gressu absque stimulo. Ad vivum nos examinemus, an sine respectu vel boni, vel jucundi, vel honesti agamus? Q. Maximum & P. Scipionem, cum majorum imagines intuerentur, dixisse acceperimus:

A 2 lev. ogozolev. I. mus:

*stimulus*  
mus : Nec lucent thesin sed stimulant. Sall. Bell. Jugurth. i e. vehe-  
mentissime sibi ad virtutem animum accendi, & memoriā rerum ge-  
starum eam flammarum in pectoribus suis crescere, neqve prius sedari  
quam virtus eorum famam & gloriam adsequarit. Sic est, torpor no-  
bis a natura inest, ideoque indigemus stimulō. Stimulus juxta Ho-  
mer. Jl. ζ. Græcis est βεπληξ. Bipennem describit Oppianus Halie-  
tic. lib 5. v 257. Fustis est acutæ cuspidis, quō boves suppunguntur  
imo & equi, vid. Bochart. Hierozoici Part. I. L. 2. c. 39. unde Statius  
Lib. II. Silv. 1. - Ceu stimulus accendat eqvum

Inde per tralationem notat omne id quō vexamur. Cum eruditis  
obligationem virtutis stimulum faciendo sentimus. Non intelli-  
gimus per stimulum instinctum naturalem, non affectum & appeti-  
tum *τῶν αἰλούρων* existentes, sed actus analogiam præferentes cum  
iis, qui *τῷ λογικῷ* insident & voluntatem excitant, ex quibus dedu-  
citur vel actio boni vel intermissio mali. Ad id respicit Obligatio  
ex Lege naturæ orta, quam in Inscriptione virtutis stimulō insigni-  
re voluimus. De hoc ex Ethicis verba facturi DEum imploramus,  
ut cœpta moderetur, secundetque !

Rem ipsam aggredientes imiscebim⁹ ea, quæ signa rerum videntur  
explicare, sed breviter. Non enim vocabula aucupari, syllabas sectari,  
literas numerare & nescio quæ Sophismata inde fabricare omisis  
necessariis magis & severioribus, voluntas est, sed eruditos imitari,  
veritati statim intendentes. Notio prima est Obligatio, quasi ob  
legem actio. Nomen vel exinde mutuantes, quod CL. Placcius in  
Physiol. moral. c. 3. §. XXX def. 7. dicit: obligare est debitum seu ob  
ligationem alteri dare. *Qui autem dat, agit.* Et qui propter legem  
dat, ille propter legem agit, & ita dicitur quasi ob legem agere, inde  
ipsi obligatus audit debitor, qui necessitate alteri ad agendum vel  
omittendum tenetur. 9. III. 3. l.c. Durandus Lib. II. Sent. Dist. XXXIX.  
*Quæst. 5.* subtilitatem quærerit inter τὸ obligare & τὸ ligare, quâ non  
parum etymon nostrum defendi potest. Definitio Obligationis in  
genere juxta Pufend. L. I. c. 6. §. 5. p. 92. J. N. & G. est qualitas moralis  
operativa, quâ quis præstare aut pati quid tenetur, vel juxta CL.  
Velthemii Introd. ad Grot. de J. B. & P. N. I. c. 1. §. 42. p. 129. est neces-  
sitas actionis in genere morum; vel juxta Placcium l.c. est necessitas  
agendi, vel ex lege, vel ex præcepto orta; vel secundum J. C. tos Roma-  
nos do-



nos docente Pufend. l.c. est vinculum juris quō necessitate adstrin-  
gimus alicujus rei præstandæ. Nobis intelligentibus, quod hæ de-  
scriptiones obligationis in genere, illam ex lege naturæ ortam non  
satis explicaturæ sint, cùm illæ omnes obligationem, prout in subje-  
cto hæret, monstraverint, nostra verò obligationis actum, quomodo  
procedatur, declaratura sit, arridet ea, cujus Autorem Richardum  
Cumberland de leg. nat. c. 5. §. 27. Pufend. l.c. prodit, quam quidem  
nos ex Lexic. Rationali Stephani Chauvin sub Rubr. C obligatio, no-  
tamus. Hujus, specialem ex lege naturæ ortam involventes, faciem  
sic mutamus: Obligatio naturalis est actus Dei, quō virtutes, rectæ  
rationi & legi suæ conformes, omnibus hominibus necessarias esse,  
indicat, ad felicitatem summam consequendam.

*Naturalis*) hoc ipso distinguitur a civili nostra obligatio. Dif-  
ferentiam hujus denominationis ex ambarum origine petimus.  
Naturalis scil. originem ducit ex natura actus vel per se debiti, vel il-  
liciti; civilem ex voluntate superioris unice dependere certum est.  
Non igitur rō naturale hic sumitur vel constitutive, vel consecutive,  
vel relative, in oppositione vel ad supernaturale, vel ad violentum  
vel ad voluntarium, vel ad articiale, vel ad fortuitum & casuale, sed  
salem completie & originative; oritur enim ex legis naturæ tradi-  
tione. Per hanc legem non intelligimus statuta ista communia quæ  
in Physicis traduntur, & naturalium considerationem involvunt, sed  
quòd sermo nobis fit de naturæ lege, ad moralium operationum  
respectum tendente, fatemur. De qua pluribus infra.

*Est actus.*) Ab agendo nomen retulit, & significat quicquid alterum perficit, seu actuat per potentiam, aut complet. B. Donat. Me-  
taph. Usual. c. 25. §. 20. 21. Non igitur spectat vel ad genus morum, vel  
naturæ, sed intelligitur ab his abstractus.

*DEI.*) Quis Deus sit Philosophum Christianum ignorare pudeat!  
Tantum hīc nobis dicendum erit, qualem se gerat. Vices Legislato-  
ris in se suscipit, & ita Autor & Dominus legis naturæ est, & est is, unde  
lex procedit, cùm natura objecti, & voluntas superioris legis fundent  
moralitatem. Hoc discimus ex CL. Velthemio l.c. l.i.c. i.q. 3. §. 3. p. 245.  
dicente: Autor legis vel præsumitur is in cuius liberrima potestate  
lex est ita, ut ea de mere indifferenti, αδιαφορῃ vocavimus, disponat,  
vel significatur is, unde lex procedit, seu objectum legis sit indiffe-

rens, seu natura ejus fundet moralitatem. Idem Legis autor causa  
efficiens obligationis naturalis est, non enim aliunde haec obligatio  
proficitur, cum solus Deus hominum conscientias obstringere  
possit, & quidem mediante natura humana, quo ipso illis adversa-  
mura sacerentibus: a Deo immediate legem naturae hominibus inscri-  
bi; quae opinio ex falsa fluit Hypothesi, animam scilicet nostram ab ipso  
Deo auctoritate infundi, & a parentibus non traduci. Vid. Zanchius in  
volum. c. 10. th. 8. p. 17<sup>1</sup>. Si Deus est Autor legis, ut Legislatoris requi-  
sitis clareat est necesse. Magnum inter J. C. torum sententias est divor-  
tium, in duas tamen classes commode referri posse sentimus. Habeat  
Autor legis 1. jus legem dandi 2. potestatem abrogandi & mutan-  
di. Prior classis observationem meretur vel ideo, quia hic non in-  
convenienter de manifestatione & promulgatione legis disquirere  
possimus. Quæstio satis quidem ventilata, sed nondum penitus inter  
omnes discussa, scrupulū injicit: an sine promulgatione legis Autor  
legis nos obligare possit? non est sermo de promulgationis solenni  
ritu, quæ rigorosior Sanderson. Præl. 8. de LL. promulgatione requirit,  
sed de tali quali manifestatione, quâ lex nota fit subditis; & respon-  
demus, quod ad complementum obligationis necessario pertineat  
legis manifestatio. Supponimus enim nullam valere obligationem  
lege ignota, supponimus legem quandam publicam & universalem  
esse, supponimus neminem ad impossibile obligari posse, (at certe  
legem servare quam nescias impossibile est) sequitur omnino, ne-  
cessariam esse manifestationem & significationem eorum quae in le-  
ge continentur. Promulgavit itaque Deus Legem naturae; non di-  
cimus de exteriori & sensibili, sed de interiori & mentali, singulis si-  
gillatim facta promulgatione. Neque deserenda haec est Quæstio;  
Quoniam scilicet tempore obligatio incipiat, an statim post promulga-  
tionem, an vero demum tempore, cum debitor sciverit se obstrictum  
esse? affirmamus prius, hanc tamen cautelam, ut in lege & obligatione  
nostra habeatur respectus personarum. Dare Legem nemini com-  
petit nisi Majestati, & olim Imperatori proprium erat. L. ult. C. de LL.  
Hodie vero cuique Magistratui in suo territorio commune esse edo-  
cemur a Politicis. Differentia hoc ipso fere offert inter Legislatorem  
& Judicem. Amplior Jurisdictio est Legislatoris, arctior Judicis,  
quippe qui interdum ipsas easdem leges, quae feruntur, observare  
tene-

tenetur, qui respectus tamen in Deo non realis sed mentalis est. Alterum requisitum an Deo ut Legislatori in lege naturae conveniat? dubii nimis quidam sunt Moralista, quidam temere afferentes. Quod abrogationem concernit, dicimus: nec Deum velle, nec posse legem naturae abrogare, Deus enim sine bono sine nunquam agit, neque suarum rerum est destructor, sed conservator potius. Imperfectionem igitur adscribunt Deo, qui statuunt, ipsum legem abrogare posse naturae; idem enim est ac si dicerent: quod Deus semel pronunciavit bonum illud destruit. Absit, ut sic vel opinemur. Circa mutationem Scholastici duplum respectum involvunt, dicentes: mutari quicquam posse 1. per additionem 2. per subtractionem. Aquinas 1.2. Quæst. 94 art 5. dicit: mutari legem naturae, cum præcipiatur quid lege humanæ, quod ante non observatum sit. Sed & non mutatur lex naturae, sed illustratur, & si quid mutationi simile acciderit, actiones hominum involvunt, taceam, quod legi naturae nihil possit addi, quod antea ipsi non infuerit. Neque legi subtrahi quid potest, manente scil. ipsius legis substantia. Multo minus legi naturali aliquid demere quis potest, quippe quæ & ratione sui, & ratione Legislatoris, & ratione hominum immutabilis manebit. Non potest Deus abrogare, nam hoc impossibile non infirmitatis sed virtutis & Majestatis est. Non vult Deus ius naturae firmum mutare, quia constanti hoc ordine societates naturales sua providentia regere decrevit; non potest, quia, ut hoc jure actus humani in societibus procedant, omnino justitia Dei est consentaneum, ut, si ab illo jure recessum fuerit, non posset non violari justitia divina, quæ, cum Deo essentialis sit, Deus sibi non repugnabit. Sed dices, E. Deus non est legitimus Legislator, quia non habet requisita Legislatoris. Resp. Requisita illa desumuntur ex consideratione LL. humanarum, quibus Deus se obstringere non patitur in suis legibus. Si Deus ut Legislator agit in obligatione, E. non natura sine Deo; quicquid deblateret nefandus ille Atheus, Studiosus vagabundus Matthias Knutzen, Holsatus, in colloquio Hospitis cum tribus diversæ religionis Hospitibus scribens: Dieses Gewissen hat in uns Leibern die gütige Mutter der Natur eingepflanzt / welches uns in diesem einzigen Leben unser Bibel/ Prediger und Obrigkeit ist/ und lehret ehrlich leben / niemand beleydigen und einem jeden das seinige zu kommen lassen.



lassen. Quod naturam solam sine Deo intelligat patet ex Colloq.  
Heinr. Brummeri & Pastoris Castrensis: Herr Feld-Prediger / mich  
wundert/das ihr uns allezeit mit Gott/und dem Teuffel schreckt/da doch  
die meisten unter unsern Regiment Gewissener sind/welche nicht glauben/  
das ein Gott/oder Teuffel sey. Nec opinio Edoardi de Cherbury  
Naturalistarum Antecessoris approbanda, qui in Tract. de Relig.  
Gentilium & appendice libri de causis eorum quinque articulos re-  
censet, ad quos natura sola obligati sint homines. 1. Scire, aliquod  
numen supremum esse. 2. Numen illud coli debere 3. virtutem cum  
pietate conjunctam optimam esse rationem cultus divini 4. Resipi-  
scendum esse a peccatis & 5. Dari primum vel pœnam post hanc vi-  
tam. Cui lampadem prætulisse videtur Gabr. Vasquetz. Tom. 2. in  
1.2. Aquinat. Disp. 150. c. 3. §. 22 statuendo: legem naturæ in creatura  
rationali ipsammet esse naturam, quatenus rationalis esset, ut alio-  
rum absurditates taceam. Controversia inter Thomam Aquin. in  
1.2. Q. 71. artic. 6. aliosque Scholasticos ventilat: an supposito, non  
esse Deum, aut non curari ab eo negotia humana, tamen ad præce-  
ptorum juris naturæ observantiam obligaremur? sive quod eodem  
redit sensu: an supposito, nullum dari Legislatorem talem, qualem  
nos esse asserimus, tamen obligaremur legi naturæ? inopinanter  
respondet Pufendorff de offic. hominis & Civ. Lib. I. c. 3. §. 10. p. 47. ne-  
gandô. Nos addimus & natura obligationis, & qualitas Præcepto-  
rum juris naturæ, & extensio ejus, & conscientia testimonium uno  
quasi ore confitentur, non dari obligationem, nisi simul detur is, cui  
parere teneremur. Ita Doctor noster in MSC. ad Pufend. I. jam c.  
Quo (scil. actu) virtutes Objectum hoc reale est, ejus nomen avi-  
ribus deducitur; non adhibetur impræfens pro naturalibus cuius-  
que rei viribus & facultatibus, non pro accidentalis ac supervenien-  
te earum perfectione, non pro seminio & igniculis virtutum, quibus-  
dam hominibus naturaliter insitis, nec pro qualitate cœlitus infusa,  
sed est habitus electivus consistens in effectuum, actuumq; mora-  
rium rectitudine atque conformitate cum lege naturæ ac recta ra-  
tione. Dividuntur præcipue in tres classes. Cons. Doctor noster  
in Prud. morali P. IV. c. 1. § 9. 10. & cap. 5. §. ff. De quibus ex instituto a-  
libi disquirere volupe est. Ne tamen ea videamur omisso, quæ rem  
clarioram reddere solent, adducamus duo saltem exempla, unde  
post



post denominata conformitas elucescat. Sit 1. igitur virtus heroica, quæ est virtus moralis excellens ad grandia; & omnium fortè communem excedentia facta patranda, divinitus concessa, successu- que felicissimo prædicta: Sit. 2. Fortitudo, hæc est virtus moralis ad agentem relata, conformans actiones circa metum & confiden- tiam in rebus terribilibus ac fiducialibus occupatas, legi naturæ ac rectæ rationi. Ad has & alias virtutes Legislator omnes homi- nes obligat, quia rectæ rationi & legi naturæ obsequuntur, quod deinceps sub vocabulo τὸν conformes notabimus. Veterum disce- ptationem a Lud. Vives in Comm. ad c. i. Lib. XIX. Augustini de civ. Dei, memoratam: an virtus bonis natura detur & malis denegetur, an vero usu & doctrina percipiatur, ut otiosam prætermittimus.

(Rectæ rationi.) An sit recta ratio negari nequit cum ratione. Si enim vere datur recta ratio, quis, quælo, fidem adhibuerit ei, qui negat ipsam dari? Si autem non est, neque in illo erit, qui rectam rationem esse negat. E. neque iste conveniens de quacunque vel etiā hac de re feret judicium. Unde rursus quis ei crediderit, qui non conveniens de re habet judicium, ac aliter ipsum esse dicit ac est. Vid. Slevogt. in Diff. Pract. VIII. de peccato morali. Quid igitur ita vocatur? Non appellamus sic animam rationalem seu ipsum hominis intellectum, qui est principium quo intelligimus, vid. D. Musæus contra Vedelium de usu principiorum Rationis I. i. c. 14. §. 50. p. 130. ss. Anima enim errat & decipitur saepius, non solum in mythe- riis & aliis fidei articulis, verum etiam in actionibus humanis. Vo- catur ergo sic rectum intellectus judicium de re, estque nihil aliud quam infallibile judicium de rebus quæ ex principiis practicis fluunt. Si forte objiceretur: concedi posse, dari rectam rationem, sed re- quiriri nobilis subjectum ipso homine, per protoplastorum lapsum ad bona inidoneo, quod Herebordius Coll. Eth. Disp. 8. §. 5. in me- dium afferre videtur, E. vel solos Angelos capaces esse rectæ ratio- nis? Resp. Falso tribui Angelis rectam rationem ex Pneumaticis constat, cum de iis ut spiritibus completis non τὸν Rationale, quod per sensuum ministerium, & cum discursu intelligit, sed τὸν Intelle- ctuale, quod absque sensuum ministerio seu cum discursu, seu sine eodem intelligit & cogitat, dicatur.

B

Et



*et legi.) Lex seu a legendo i.e. eligendo , seu a legendo scil. res  
in tabula inscriptas , ut Cic. i. de Legibus, seu a ligando , ut Aquinas  
i. 2. qu. 90. art. 16. volunt, descendat, perinde est. Alio nomine jus  
vocatur. Non sumitur sensu latiori aut strictiori , sed medio , pro  
regula humanarum actionum. A consilio differt in eo , quod lex  
obliget , consilium non ita. Cognovit hoc famosus Hobbes de  
civ. c. 14. §. 1. sub fin. Facere id , quod lege præcipitur officii , quod  
consilio , arbitrii est. Hic Lex naturæ , seu naturalis observatur.  
Dicitur alias Jus naturæ , quatenus nimirum judicio intellectus pra-  
etico tribuitur. An sit jus naturæ dubitavit Carneades , memorante  
Lactant. L. 5. Div. Inst. c. 17. Quid Archelaus , Pyrrho & Aristip-  
pus de ea senserint vid. apud Diog. Laert. de Phil. vit. Nos , tum  
ex ipsa hominis natura , tum ex imperio divino , tum ex ratiocina-  
tione , tum ex varietate conscientiarum , tum ex ipsa forma cum  
aliis legibus ipsi communi , tum ex multorum testimonio apud  
Meism de LL. Diff. p. 145. tum denique , quod primo loco nominan-  
dum erat Philosopho-Christiano ex Scripturæ assertis Rom. i. 19.  
20. c. 2. 14. convicti , nos ipsos blasphemare nolumus. Non vero  
est ipsa natura in creatura rationali , ut Vasquetz. T. 2. in 1. 2. Thom.  
Disp. 150. c. 3. §. 22. vult , neque est illud jūs , quod natura omnia a-  
nimalia docuit , ut JCtis Lib. 1. Instit. Tit. 2. definitur , & proprie in-  
stinctus est , (cum quibus ludere videtur Isidorus lib. 5. Etymol. c. 4.  
inquiens : Jūs naturale est commune omnium nationum , eo quod  
ubique instinctu naturæ non constitutione aliqua habeatur , ut vi-  
tri & fœminæ conjunctio , liberorum successio &c. Neque est ipsa  
ratio seu facultas intelligendi , ut Cic. I 3. de Rep. sibi persuadet , est  
recta ratio naturæ congruens diffusa in omnes , constans sempiter-  
na. Nam illa Lex naturæ , qvæ in primis Parentibus erat , illa ipsa  
est in nobis. Nunc vero erat aliquid aliud , qvam ipsa intelligendi  
facultas. Ergo id ipsum quoque in nobis residuum est. Ast , ob-  
jicitur forte , hæc est ratio , de qua adhuc sub judice lis est , num va-  
leat , siquidem dubitandi rationes habent , qui sentiunt : an primis  
parentibus eadem naturæ lex fuit cum nobis , qvam in statu corru-  
pto habemus ? Resp. nos asserendo , non enim illarum Lex natura a  
nostra differt ratione στιας , seu essentiæ & principii , sed ratione qua-  
litatis , i.e. respectu perfectionis , & quidem , non ratione sui , sed ra-  
tione*



tioni subjecti inhaesione, imperfectionis respectum Lex naturae involvit. Corrupto enim Subjecto non statim corruptitur id, quod inest & conseqvitur istud subjectum. Nec propter impotentiam naturalem strictior obligatio exspiravit, quae fuerat in Parentibus ante lapsum, quibuscum eandem habemus naturae legem. Hæc operatur in mente & in corde, hinc duplex notandus est effectus. Dirigit intellectum, quia regula est ac norma cui conformes nostræ requiruntur actiones, illuminat intellectum, quia ipsi oculus est quo convenientiam & conformitatem eo penitus cernit & aspicit. Intellectum illum distinguit Philosoph. 13. de anim. c. 9. text. 49. in Theoreticum & practicum. Nunc certum est, quicquid ab intellectu utroque cognoscitur & percipitur vel ad genus principiorum nobiscum natorum vel ad conclusionum classem referri posse, ut adeo a priori intellectus munere *Sententias* a posteriori *Phiologiae* detur. In corde operatur dum cogit; voluntatem enim ligat & conscientiam obligat ad observationem solum, honesta prosequenda & turpia fugienda. Quo ipso differt ab aliis legibus, quæ plerumque & ad observationem & ad poenam, vel aut ad poenam, aut ad observationem conscientias obligant. Vid. Sanderson. Præl. 8. de Obl. Consc. Dicendum itaque quid sit lex naturae? Resp. Doctor noster I. c. P. III. c. 1. §. 10. est lex divina menti humanæ naturaliter insita, suggestio principia practica, quibus aetius honestus præcipitur, turpis vetatur. Hæc Lex DEI est, quod natat vox reciproca.

(Sue.) Tum suum varias admittit significations, omnes vero comprehendendi posse hoc modo scimus. Suum scil. aliquid est alicui vel per se & ex sua natura, vel ex accidenti. Legislatoris Lex est ex natura, ut Legislatoris, quemadmodum homini anima sua est ex sua natura, vestis ex accidenti.

(Conformes.) Dicitur quasi cum forma, notatque nihil aliud quam congruentiam hujus rei cum alia. Nunc adhuc disquirendum, an conformitas sit in ipsis rebus ut ex se fluens, an ab intellectu nostro potius pendeat? nos firmis rationibus priori adstipulamus sententia. Ut omnes non tangamus, quærimus? quomodo intellectus eandem conformitatem cognoscere possit, nisi ipsi res sint? exemplum do: Pictor hujus imaginem in chartis offert,



conformem, tu dicis: apprime expressit pictor hujus formam, si vel respexero faciem & vultum. Nunc intelligis quod conformitas adsit, num vero haec intellectus respectu conformitas adsit, an potius ipsi rei sit adscribenda, non opus est ut disquiramus. Non-  
Entis enim nulla datur cognitio aut scientia, dicunt Metaphysici. Quomodo E. dices conformitatem adesse, quia intelligeres? ab-  
surdum! non enim dices nisi intelligeres, & non intelligeres, nisi  
res ipsa conformitatem evinceret ac demonstraret. Nunc facile ad  
exempla ante data recurrentum & demonstrandum est, quod con-  
formitas non mentalis, sed realis & sensibilis insit.

Offert sese virtus Heroica. Dispiciamus: an cum recta ratione  
& lege naturae consentiat? Hoc tum ex ejus requisitis, tum ex ejus  
extremitatibus duabus notamus. Altera lex naturae, quam J. C.  
Scaliger ex Praef. l. i. Epidorp. nobis jam suppeditat, fundamentum  
esto. Dicit: Ne prodige te, nec tua prodige negligendo. Nunc  
requiritur ad virtutem Heroicam aggressio magnanima, hanc qui  
spernit, sua prodigit negligendo. Requiritur continuatio non in-  
terrupta, hanc qui intermittit, seipsum prodigit, dum inconstanti-  
am suam prodit. Alia prætero. Extremitates ejus sunt Feritas,  
alio nomine Bestialitas, qua homo excussa & depravata ratione in-  
ferinam quasi conditionem mutatur. Quis vero dixerit talem re-  
cta ratione uti? Altera extremitas est ignavia, qua homo extra or-  
dinem ab omni honesta actione abhorret, quod iterum juri naturae  
adversatur, quæ juxta JCtorum positionem præcipit: Honeste vi-  
vere. Sic etiam virtus altera, Fortitudo scil. conformis est recta  
rationi & legi naturae. Homo fortis imperterritus est in periculis,  
hoc dictat ipsi ratio; bestia enim & fera quandoque etiam est im-  
perterrita, sed sine ratione, non enim tendit ad honesta & publica  
utilia, quæ humanum rationis dictamen presupponit. Audax e-  
contrario legem naturae offendit, dum vel alios, vel seipsum laedit.  
Cum tamen juxta JCtorum sententiam nemo laedendus sit. Timi-  
dum fortuna non adjuvat. Ergo sua prodigit. Inter has extremitates  
medium & virtutis viam calcat ipsa virtus, quæ exercetur. Dubium  
animum nulli relinquemus, itaque  $\omega$ ,  $\chi$ ,  $\tau\alpha\epsilon\delta\omega$  illis obviam imus,  
qui forte forsitan querunt: numne lex positiva solum hic sit intel-  
ligenda, cui conformes esse debeat virtutes? Resp. negando. Lex  
enim



enim positiva non omnibus innotuit, non omnibus data, in tempore data est, ideoque non possunt esse conformes ipsi virtutes, accedit, quod absurditas inde eveniret, quod primores nostri ante legem positivam, vel penitus non habuerint naturam legem vel saltem non eandem.

Omnibus hominibus.) Objectum personale innuitur. Convenit cum objecto juris positivi, quod homo sit, in hoc vero differunt, quod objectum hac in obligatione naturali antecedenter, vel bonum vel malum sit, objectum illius obligationis indifferentis. Excluduntur ab hoc objecto ipse Deus, quippe qui superiorem non agnoscit, qui tamen requiritur ad obligationem, ut aliorum voluntatem stringat, & ipsorum actibus frenum injiciat. Videmus hoc in foro civili. Legislatoris potestas & Autoritas subditos suos formaliter obligat, lex ipsa materialiter & terminative, nunc si Deus esset obstrictus Legi naturae, quis vel formaliter eum obligaret? 2.) Angeli non obligantur. Objecta enim sunt incapaces. Non bonus Angelus, quia ipsi, ut justo lex nulla posita est. Ubi vero causa exspirat, ibi immediatus effectus, qui est obligatio. Neque malus Angelus, quia nunquam sequitur rectionem, dum non habet, fugitque omnes virtutes. 3.) Hic non merentur advertentiam bruta, cateraque creaturarum, quippe quae omnes sunt incapaces eorum, quae ad animam rationalem pertinent, & ita praeligendi, agendique destitutur libertate. 4.) Non considerantur hic Infantes, qui annos discretionis nondum sunt ingressi. Quando vero anni discretionis incipiunt non una omnibus est Sententia, per伏ent tamen nobis, ex quotidianis actibus, aut etiam ex eo, quod communiter in quacunque regione accidit, desumendum esse. Vid. Grot L. 2. c. II. §. 5. J. B. & P. Notam annorum discretionis aliud dicunt esse, in quibus homo bonum a malo discernere incipit. 5.) Denique Furiosos excludimus, & quidem eos, qui contrariis actibus tales deprehenduntur. Illi vero, qui dilucidis intervallis utuntur, tum temporis ab obligatione penitus non sunt excludendi; actiones enim quas recuperato rationis dominio edunt, juxta normam rectarum

B 3 nis



Nis certe sunt dirigendæ, quod vero juxta illud dictamen fit, ac fieri debet, illud in obligatione est. Quos vero continuus furor angit, non obligatos esse censemus, sed exemptos, quia actiones ipsis non possunt imputari. Vid. Pufend. de Offic. H. & C. L. I. c. I. §. 25 & Doctor noster Prud. Moral. P. II. c. 6. §. 38. s. Est igitur hic objectum illud, quod prædicta recta ratione utitur. Huic soli Lex est data, ut Juvenalis Sat. XV.

Soli homini Lex est posita; venerabile soli Sortiti ingenium, divinorumque capaces Atque exercendis cipientisque artibus apti Sensus e cœlesti demissum traximus arce.

Hic non inconvenienter & hanc absolvimus Questionem: anne aliquis ab obligatione legis naturæ excludi possit, ut amplius non teneatur eandem observare? Negamus. Gregorius de Valentia quidem Tom. 2. col. 910. si quintuplici ratione contingere posse afferit, ut ab obligatione legis quis absolvatur: sed nullum respectum omnes involvunt hæ rationes ad legem naturæ. Dicit hoc evenire 1.) si lex non rite sit lata 2.) si sit abrogata 3.) si in ea resistat. 4.) Si Dispensatio daretur. 5.) Si speciale Privilegium adsit. Legem non Naturæ rite latam esse quis negabit? neque in se neque in Legislatore defectus & illegitimitatio conspicitur. Abrogata non est, nec abrogari potest. Emiximus hic locum non habere scimus, quippe quam lex naturæ non admittit. Neque dispensare Deus, nec privilegium singulare offerre potest, atque ita aliquandiu Legem naturæ suspendere: Hoc enim esset contra ejus sanctitatem & justitiam, quippe coram cuius facie omnes nos sumus æquales. Nunc vero si privilegium speciale daretur, sequeretur, quod Deus noluerit alicujus actiones conformes esse rectæ rationi, & suæ legi, & ita Deus vellet hominem peccare, quod dictu Theologis & Christianis blasphemum. Si Deus dispensaret, sequeretur, quod dispensatio aut L. N. & P. simul, aut L. N. solum respiciat. Si illud, agerent omnes sine ratione, & sic ordo, quem DEUS ut bonum semel omnibus



bus hominibus præfixit, rueret. Si hoc, sequeretur absurditas, quod L. N. contrarietur L. Positivæ. Scimus enim, quod Lex naturalis sit universalissima, & quod nullus possit obligari ad quodvis, nisi simul obligetur per certa propositio-  
nem & congruam conclusionem Legi Naturæ, quorsum etiam Lex tendat; Si igitur Deus in dispensatione tantum na-  
turalem Legem respiciat e. gr. ut iterum sequamur Scalige-  
rum cit. l. Numen cole summum, hoc si DEUS dispensaret,  
& non simul solveret primum Decalogi Præceptum, tunc certa  
contrarietas actionum esset apud illos, quorum quidam  
respectum habent ad L. P. quidam ad L. N. & ita quis  
coleret Deum, alter non coleret, quia DEUS dispensasset.  
Quo tamen Scaligero non largimur, quod Lex Naturæ ita  
sit distribuenda. Vid. Doct. Noster. Prud. Moral. Part. III.  
cap. II. §. 44.

*Necessarias esse indicat.)* Ad formale obligationis natu-  
ralis devenimus. Necesitas hic non physica, sed moralis  
indigitatur, quam etiam CL. Velth. l. c. l. i. c. i. §. 42. atten-  
dere credimus. Observatur ibid. Moralistarum distinctio,  
inter necessitatem commissionis & omissionis. Necesse  
scil. est, ut committamus bonum & omittamus malum.  
Tales virtutes necessarias esse indicat. Sunt enim necessaria  
propter nostram infirmitatem. Obligatio non justa-  
fuisset, quia DEUS voluit & potuit nos obligare, sed quia  
nostra indigentia & actionum flexibilitas poposcit. Judi-  
cat, hoc est efficit, necessitatem infert, ut quis adigatur  
agnoscere, non immerito sibi leges injungi, sed ideo,  
quod ad deviandum a regula profita natura sit pronus,  
& in omne nefas proclivis.

*Ad Felicitatem summam consequendam.)* Finis obligationis  
hic est. Omnis enim actio DEI non destituitur suo fine.  
Obligatio duos fines respicit. Alias audit finis operis &  
operantis. Finis scil. ipsius operis, h. l. obligationis, Summa  
Felicitas seu Beatitudo est; Finis operantis, ut obligatos  
certæ normæ adstringat. Hic prior, ille ultimus est. Hunc-  
que



que dum brevissimis consideramus , non cogitamus , in  
quonam hic vel ille Sapientum summam felicitatem quæsi-  
verit , sed B. L. ad varia Systemata relegantes , præbe-  
mus cum Doct. nostri P. M. P. I. cap. I. §. 5. duplēm ,  
objectivam & formalem ; illam DEUM ipsum , ad quem  
omnia virtuosorum facta tendunt , hanc ipsam animæ ra-  
tionalis functionem , statuentes . Ad finem obligationis  
pervenimus ; simulque ad finem & clausulam totius  
Dissertationis properamus , & DEO , nostrarum  
actionum Principio & Fini , laudes & grates  
offerimus , quod humillime præstamus  
nunc , & semper sine  
fine .

# Soli Deo Gloria !



**P**ulpita doctorum dum scandis, carmina poscis,  
Quæ disceptanti præstat amica manus:  
Atque tuum studium laudat, simul admonet, alma  
Virtutis studiis ut bene jungas opus.  
Sic Patriæ pergratus eris, magnisque Patronis,  
Atque feres studiis præmia dignatis. f.

**Christianus Röhrensee/ P.P.**

& Elect. Alumn. Ephorus.

**V**irtutis solida stimulos evolvis: alumno  
Solerti Virtus præmia larga feret.  
Ita Pereximio & humanissimo Dn. RESPONDENTI ominat.

**Johan. Bapt. Röschelius,**

Phys. P. & h.t. F.P. Decanus.

**Q**uem stimulat Virtus, hunc præmia digna sequen-  
tur:

Id satis usque probas; hæc DEUS ipse dabit.

Clarissimo atque Doctissimo Dn. Respondenti Fautori atq;  
Auditori suo exoptatissimo boni omnis ergo dabantur.

**M. Andreas Oppfer/**

Facultatis Phil. Adj. Opponens.

**Madrigal.**

**D**e Tugend baut den Thron  
**D**a Helden und Gelehrte sitzen.  
Mein KIRCHSTEG sieht ihn schon/  
Und denkt hinauff zu steigen;  
Er kan vor ißo nicht verschweigen

C

Was

Was Ihn dazu bewegt.  
Vernunft und Recht sind seine Schranken/  
Kein Irrlicht stört ihm die Gedanken.  
GOTT/ der die Lust an aller Wohlfahrt trägt/  
Führt diesen Sohn  
Zum edlen Eugen-<sup>2</sup>-Thron !

Diese Hoffnung schöpfte aus dem Fleiß und Wohl-  
verhalten des Herrn Respondenten

M. C. M. Seelmann/

von Leutschau aus Ober-Ungern.

**Q**uid Favor est PATRUM? Quid lunt stipendia larga?  
Nil nisi Virtutis Legitimi Stimuli  
Hoc qui non credit, de Te, Charissime Amice,  
Quærat & accipiet: Sunt ita non aliter.  
Nam licet in Studiis nondum consumteris annum,  
Id tamen hic præstas, tempora quod superat.  
Tu Specimen das Doctrinæ simul atque profectus,  
Ne PATRONORUM Spes maneat vacua.  
Macte igitur Virtute nova, dilectæ Sodalis,  
Nam sic ad laudem fertur & itur Homo.  
Macte novo Studio nam sic Spes Magna PARENTUM  
Crescit, Egoque Tibi carmina plura dabo.

Pauca hæc, Amico Suo Integerrimo atque Conterra-  
neo dilecto, amicam manu adjicere voluit,  
debuit

Johannes Mauritius Langer

S. S. Theol. Stud. Magdeburg. Saxo.

Opponens.

Ardua

**A**rdua Te virtus vocat ad certamina docta  
Et Tibi, dum vincis, præmia larga parat:  
Nominis æterni famam gestabis in orbe,  
Ac fructus Urbi provenient patriæ.

Paucula hæc Clarissimo DN. RESPONDENTI

gratulabundus adjecit

**Jacobus Hevelius,**

Bütoviensis. Opponens.

**M**axima pars hominum se colligit esse beatos,  
Nec non successu rerum felice vigere,  
Pascere si corpus pejore libidine possit,  
Promere seu valeat gemmas aurumque repostum:  
Ast qui mortales error, dementia qualis  
Cepit? Amica animæ fert vulnera fœda voluptas:  
*Omnia* promittit, sed solvit *somnia* vana.  
Quid? dicuntur opes irritamenta malorum.  
Rectius is faciet, *Kirchsteini*, & tutius ibit,  
Tecum qui quærit sortem vitamque beatam  
In virtute pia: manet hæc & sola perennis.  
Hoc instigaris *Stimulo* noctesque diesque  
Ex verbis, factis hæc eminet inclyta virtus;  
Hanc etiam ex cathedra docte defendere gaudes.  
Conamen merito præconia digna meretur.  
Gratulor hinc ausis: ex pectore compreco rimo,  
A te pallentes morbos propellat *Fœva*,  
Quo dociles studiis annos impendere sanctis  
Et dulcis patriæ possis optata replere.

Denique

Denique persolvat magnum & memorabile Numen  
Fructus virtutis multos & præmia digna!

Hæc protenui vena sed prolixissimo bene volendi &  
apprecandi affectu acceleravit

Johannes Georgius Schmoe/  
Hildes.

Virtutis Stimulo pulsus, Svavisime amice,  
Ejus de Stimulo differere aggredieris.  
Gratulor ex animo, KIRCHSTEINI, cœpta secundet!  
Et porro studiis adsit fœvatus.

Amico suo intimo gratulabundus pauca  
hæc apponere debuit,

Ernestus Conradus Fahsand,


Hessem. Brunsvicensis Phil. Studiosus.

Virtutum stimulos, stimulo virtutis acurus  
Excutis ad laudes exstimulasque Tuas.  
Magni laudatis Fautores nisibus adfint,  
Dignaque laudandum dona sequantur opus!

Hæc suo, quem intime colit Dn. conter-  
raneo addere volebat

Ernestus Fridericus Fabricius,

Farsleb. Magdeb. Phil. Stud.







Ab:155 159




3

5b.

VJ17







64.  
DISPUTATIONEM PRIMAM,  
*De*  
**VIRTUITIS  
STIMULO**  
offert  
**PRÆSIDE**  
**M. CHRISTIANO MARTINO**  
**Seelmann /**  
**Leutschov. Hungarō,**  
**RESPONDENS**  
**HENRICUS CHRISTIANUS Kirchstein /**  
Magdeb. Saxo.  
*Ad diem 14. Septembr. 1695.*

Fro 21